

tium, Hunc votis commendo maximè calidis,
 Serenissimum intelligo Electorem hodiè no-
 strum, Religionis Evangelicæ Caput Celsis-
 simum, *JOHANNEM GEORGIUM II.*
 nec non *JOHANNEM GEORGIUM*,
 Filium ejus Florentissimum; Illustrissimam
 item Serenitatis suæ Matrem, Conjugem,
 Fratres, Sorores, totamque adeo Domum
 Electoralem. Protege illos omnes dextrâ
 virtutis tuæ, gubernata omnia illorum consi-
 lia, ut in nullum alium, nisi incorruptæ
 Religionis, Pacis & Concordiæ contendant
 scopum. Sint Ecclesiæ, sint Scholarum, sint
 denique totius Reip. fulcra. Abige à Rutâ
 Saxonica fasces persecutorum, calces con-
 temptorum, & morsus venenatos hæretico-
 rum, quò sub umbra ejus salutari subditi con-
 quiescant tuti, agant securi, vivant pacati.
 Quod sicut primum ac præcipuum in votis
 habeo; ita nominatim Clientelæ & Clementiæ
 Tuæ Illustrissime & Celsissime Dux, ac Dn. Dn.
JOHANNES GEORGI, Electoris hodierni
 Fili charissime, & Electoralis Dignitatis Hæ-
 res inclytissime, me, laboremque hunc qua-
 lem cunque meum humillimo commendo
 studio, eumque ut serena fronte suscipias ro-
 go etiam atque etiam. Perscripsi Lubenæ
 in Lusatia inferiori, Mense Majo, anno post
 Christum natum, quem subsequens ex-
 pri-